



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanae Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Familiae Hawardorum calamitas, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

quævis parata; quam nisi adferas, in amplissimis ædibus egentissimus ¹⁵⁹⁵ habites necesse est. Talem reperit *Southwellus* Comitissæ domum: Mæstam præterea mariti Comitis in Arce Londinensi custodiã. Huius parens ^{Familia} Dux Norfolciæ, affectati Matrimonij cum Regina Scotiæ captivã reus; ^{Hawardo} ù calami-
acculatus præterea confessionis cum alijs Elizabethæ inimicis, (Pontifice ¹⁵⁹⁵ nimirum atque Hispaniarum Rege,) anno huius seculi Septuagesimo ter-
tio capite minutus fuerat. Avus (leuibus valdè de causis, inquit Camb-
denus) eodem supplicio ante plures annos plexus, Proavo non absi- ^{Cambde-}
mili nece olim sublato. Horum in sua stirpe continuato infortunio com- ^{nus Ao 1595}
motus hic Philippus Comes, legum etiam seueritatem in Catholicos, & ^{Eccl:siæ}
magnum potentiam aduersariorum veritus, cogitauerat se clam è Reg- ^{Item Ao}
no subducere; Scripseratque ad Elizabetham causas huius discessus tra- ^{28. & 29. &}
dendas cum soluisset; sed antequam solueret suorum infidelitate dete- ³²⁻
ctus tenetur, & in arcem custodiendus ducitur. Abit annus; nullum
adfertur crimen; Tum nè penitus innocentem viderentur seclusisse, in
Camerã vt vocant stellata coram principibus Regni viris accusato, quòd
Sacerdotibus præsto fuisset contra quàm lege præscribitur; quòd com-
mercium habuisset literarum cum *Alano* & *Personio* Regiæ inimicis;
Quòd scripto calumniatus sit in administrando Regno vsurpatis nunc
rationes; & denique quòd clam voluerit abijisse Regno vt Hispano militaret;
muletam imponunt decem millium librarum nostratium & carcerem ad
arbitrium Regiæ. Neque finis hic dolorum. Post tres annos custodia
(non enim existimauit Regina liberandum) rei Capitalis arguitur. Ca-
pita criminationis alia ferè non fuere, Cambdeno teste, quàm quæ an-
no octogesimo sexto allata fuerant; damnatur tamen; alijs hunc primæ
nobilitatis florem tam cito emarcuisse dolentibus (vix enim attigerat æ-
tatis annum trigessimum tertium) alijs prudentiam, scilicet, Regiæ ad sydera
tollentibus, quòd hoc exemplo terrorem incussisset ijs qui inter Catholicos
erant præcipui, & parcens deinde vitæ satis existimauerit fregisse tanti viri
potentiam, & eam quã apud Romanum Pontificem valere putabatur gra-
tiam obstruxisse; decem annorum carcerem perpessus, atque in his noctes
dieisque orationi deditus, & operibus pœnitentiæ, diem clausit extremum,
Anno eius seculi nonagesimo quinto.

XXI. *Southwello* interea curæ fuit par istud coniugum quocumque poterat ^{Literæ}
medicamine solari. Comitissam præsentè quã verbo, quã pijs quandoque scrip- ^{Southwelli}
to traditis exercitationibus erigebat ad eam solitudinẽ non modò tolerandã, ^{ad Comi-}
sed amore melioris sponsi Christi *Iesu* amplectendam, & prece ad Deum fre- ^{tem Philip-}
quentiori susã cumulandũ obsequium quòd absentis marito non poterat ope- ^{pum mo te}
re exhibere. Illius causã scripsit regulam benè viuendi quæ deinde typis man- ^{damnatum}
data pluribus profuit: Tum etiam Epistolam consolatoriam prolixiorẽ,
quanquam & illa omnium Catholicorum vexationibus leniendis fuit vti-
lissima. Comitem etiam solabatur suauissimis literis; in quibus illæ sunt,

Aa

post